



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 90. Cæsaris responsum, ac Landgravii oppositio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolver.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul. XVI.
A C. 1546.

§. XC.

*Cœsar is responsum , ac Landgravii
oppositio.*

Ad hæc Imperator mox per Navium
Landgravio hæc respondere jussit:
*Varii quidem ad me rumores fuere allati di
Protestantibus, quasi molirentur aliquid con-
tra Imperium, sed non habui fidem, multo
minus nunc etiam illud credo, quod de Gal-
liarum Rege dicitur, cum ejus nullum affer-
ri possit documentum : pax intercedit mihi
cum illo tantum, nec aliud quicquam: mot-
est illius gentis, ut temere multa sape jacent.*
*De induciis Turcam interpellavi, Germania
caussa potissimum: cum enim Principes in
plerisque Comitiis de sumptus magnitudine
querantur, & populi tenuitate, via hoc mihi
visa est cumprimis idonea, ut per tempus in-
duciarum de belli ratione in illum suscipien-
di, deque Religionis compositione tractari
possit, nihil tamen adhuc est definitum, ni-
hilominus cum fratre sermonem de eo conse-
ram: Concilium, quod multis nunc annis a
me flagitatis, maximo meo labore jam est
congregatum, quicquid ejus rei feci, optimo
in Rempublicam animo præstili: quod, au-
tem secus nonnulli forsan illud interpreten-
tur, non rede fit: Colonensem Archiepi-
scopum huc usque perbenigne habui, verum
ille ne minimam quidem moram actioni suæ*

vo-

voluit interponere : *Quis vero meus fit ar-*
morum apparatus aut cogitatio belli, coram Sæcul. XVI.
A.C 1546.
vides: præter familiares atque domesticos in
meo nemo est comitatu, nullas etiam cogi ma-
nus: cur te autem accersiverim, causa est,
quod pacis te esse studiosum existimauerim,
ideoque peto, ut, quomodo Religionem pa-
cari, vel quid a sociis obtineri posse putas,
ostendere velis. quod si jam in præsentia no-
lis, mittam tibi Consiliarios, quibuscum ea
de re colloqui poteris.

His perceptis Landgravius reposuit:
Ad Germaniæ salutem, & ad retinendam
inter te, Cæsar, ac Ordines omnes amici-
tiam, si quid conserre possum, nulli certe la-
bori meo parcum, & hac in primis de cau-
sa huc veni: cuperem sane, plures adesse so-
cios, verum id propter temporis angustias
fieri non potuit: Saxonie quidem Elector
longius abest, & Jacobus Sturmius valetu-
dinæ impeditur. Credo equidem, varia tibi
esse delata, sed profecto sic res habet, ut ad
Navium scripsi: nullum enim est a nobis
Francofurti contra te susceptum consilium,
& id solum egimus, quomodo & in Reli-
gione nostra permanere, & vim injustam
depellere possimus.